



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1866

De S. Tullia Virgine Manuascæ In Provincia Galliæ Sylloge Historico-Critica.
Sanctæ in quibusdam Martyrologiis annuntatio et Ecclesiasticus cultus:
gesta ejus desumenda ex Actis S. Consortiæ. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](#)

altari fuit
depositum, Ravennæ, aut prope hanc civitatem, sive in oppido
Classensi, sive alibi, extituisse xđem, S. Proculo
Ravennatum antistitium sacrum, nupsiam compe-
rio. Adhæc S. Marcellinum, Aderitum, Pro-
bum, Proculum aliasque omnes, qui e S. Proculi
ecclæsa translati, verbiis recitatis narrantur, in
Classensi S. Probi ecclæsa inventos, indeque Ra-
vennam ad metropolitanam ecclæsiam translatos,
dilucide secundum jam dicta docet anonymous
Translationis scriptor supra laudatus, anonymous
Vita S. Proculi scriptore multo antiquior; illi
autem etiam adspiculatur Agnelus, utpote qui
eosdem omnes Sanctos, si unum Proculum, de quo
se dubitare ait, excepteis, in Classensi S. Probi
ecclæsa suisse sepultos, affirmet, uti in singulorum
apud ipsum elogio est videre. Non dubito itaque,
quoniam in anonymi textu proxime recitato S. Pro-
culi pro S. Probi ecclæsa perperam scribatur,
sive interim id vitiis ipsim auctori, sive potius
librarius adscribendum sit. Verum, utid ita sit,
recte equidem hic in illo tradit, S. Marcellinum
aliasque, quos memorat, xstate sua suisse servatos
sub metropolitanæ ecclæsiaz altari, quod Arca
Sanctorum nominaretur, quodane non ambio.

B Sanctorum nominavit, quodque non ambo,
sacre illius adis altare sumnum seu princeps
fuisse, sub quo hodieque SS. Marcellini, alio-
rumque septem, quos hic plus semel nominavimus,
sanctorum episcoporum corpora honorifice asser-
vari, testis est Hieronymus Fabri in Opere supra
plurimes citato.

ipseque Sanctus ritus duplicitis Officio quotannis colitur.

40 Atque haec quidem, quod hic iam dicendum, una est cultus species, qui Sancto Ravennae hodie defertur; alteram nunc etiam, eamque precipuum, accipio. Hieronymus Fabri, seu, ut pariter scriptum inventio, de Fabris aut etiam Fabrus, qui supra non semel citatum de Ravennatibus Antiquitatis librum conteuit, ex archiepiscopi scire potuit Fabri seu potius Rubeus?) obdormivit in Domino; cumque extremum spiritum duceret, ejus corpus caelestium unguentorum odore fragravit. Quod in divi Probi juxta classem basilica tumulatum, et inde ad metropolitam aedem translatum, ibidem sub ara maxime honorifice conditum fuit.

13

et capituli Ravennatis mandato Propria etiam de singulis Sanctis, quos metropolitana Ravennensis ecclesia colit, Officia composita, quae a sacra Rituum congregatione approbata typisque excusa ad Majores nostros ipsemet, ut tom. II Martii pag. 426 notatur, dono misit. Officium porro ea inter de Sancto nostro quotannis ad quintam Octobris diem sub ritu duplice recitandum occurrit; hoc autem in Rubrica, quam praefert, desundendum totum prescribitur ex Communi confessoris pontificis propter Lectionem quartam, integrum sere e supra recitato, quod Sanctum Rubeus exornat, elogio deromptam, ut liqueat ex illius cum hoc collatione, quam ut quisque facere possit, lectionem etiam describendam Commentarium hunc claudo. His verbis concipiuntur: Marcellinus, Deo per columbam cœlestis indicate, Agapito Ravennatum antistiti in episcopatu successit, qui eximia adeo sanctitate atque innocentia floruit, ut homines a maleficio deterret, et ad leges divinas servandas suæ potissimum exemplo inflammaret. Sæpius etiam daemonum furorem, tanta in eo fuit magnitudo ac præstantia benignitatis divine, nullo labore compressit. Quinquaginta prope annos Ravennati ecclesiæ sanctissime præfuit, et tandem in magna rerum perturbatione, et Ecclesiæ persecutione anno Salutis ducentesimo octuaginta secundo, in Nonas Octob. (diem Sancti emortualem figuravit Agnellus: qui ergo eum scire potuit Fabri seu potius Rubeus?) obdormivit in Domino; cumque extremum spiritum duceret, ejus corpus cælestium unguentorum odore fragravit. Quod in divi Probi juxta classem basilica tumulatum, et inde ad metropolitanam adem translatum, ibidem sub arca maxima honorifice conditum fuit.

AUCTORI
C. B.

DE S. TULLIA VIRGINE

MANUASCÆ IN PROVINCIA GALLÆ

10

c Sanctæ in quibusdam Martyrologiis annuntatio et Ec-
clesiasticus cultus : gesta ejus desumenda ex Actis
S. Consortiæ. Quatenus hæc genuina sint? An Tullia
S. Eucherii vulgo Magni filia fuerit? Quandonam cir-
citer obierit?

FORTE INTER
ANNUM CCCCCXX
ET CCCCCXXXIII
*S. Tullia, ab
Adone et re-
centioribus
martyrologis
celebrata*

Tulliam virginem, quibusdam
Juliam perperam dictam, *S. Consortiz*,
cujus Acta Henschenius
et Papebrochius die **xxii Junii**
illustrarunt, germanam sororem,
ex omnibus, quos inventi,
martyrologis, solus Castellanus seorsum a parentibus
Eucherio et Galla hoc die Manuasce in
Provincia Galliae annuntiavit, camque ad Sul-
peros migrasse, aut salem hoc die illuc coli innuit
pag. 983 in *Additionibus et Correctionibus Mart-
yrologii sui universalis*. Hunc sanctæ Virginis
notabilem cultuse diem, unde eruerit diligens ille
Sanctorum, præsertim Gallicus, investigator, ipso
tacente, incompetum mihi est. Temere tam id
fecisse, non facile crediderim. Quare et de ea hoc

die, cum opportunior se non offerat locus, agere statui. Itaque a sanctitate eius et cultu Ecclesiastico initium duco. Tulliam jam pridem sanctarum Virginum choro adnumeratam in Gallis fuisse, tum ex coevo scriptore anonymo, infra memorando, tum ex Martyrologio S. Adonis manifeste evincitur. Et hic quidem occasione S. Eucherii. Lugdunensis episcopi, quem die xvi Novembris annuntiat, ita de illa ejusque sorore Consortio loquitur: Due ipsorum (Eucherii et Galli) filia, quarum una CONSORTI, altera TULLIA vocabatur, virginitatis gratia et signorum gloria claruerunt. Adoni consonant parique occasione ad eundem diem xvi Novembris Tulliam inter sanctas Virgines accensent Florariorum nostrum Ms., Bruxellensis codex Usuardinus, uti

AUCTORR
J. G.

et Grevenus, quos videre est in Sollerii Usuardo illustrato. Adstipulantur ex recentioribus Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, Lahierus in Menologio Virginum, Saussayus in Mrl. Gallicano, Arturus a Monasterio in Gynæco et Simon de Peyronet in Catalogo Sanctorum, quos omnes Castellanus in asserendo Tulliae sanctitatem habere duces potuit et procul dubio eatenus secutus est, hoc solo capite ab iis discrepans, quod eam seorsum a parentibus Manuascae hoc die annuntiat.

Manuasca,
cujus notitia
datur, a Ca-
stellano hoc
die annun-
tiatur,

2 Singulorum verba hic describere, superva-
canum ratus, solius Castellani annuntiationem
pro ceteris hue transfero. Ita habet pag. 983 in
Additionibus et Correctionibus sui Martyrologii
Universalis: v Octobris Manuasca in Provincia
S. Tulliae virginis, sororis S. Consortiae, cuius
corpus honorat prope idem oppidum in ecclesie
ei dicata. Est autem Manuasca, prout Joannes
Columbus, patria Manuascensis, in Virgine
Romigeriana pag. 63 scribit, urbe Provincia
non procul Druentia fluvio (Gallice la Durance)
sedes olim hyberna comitum, ab Rhodano per
Aptam Julianam et Sistericam civitates ad Vapin-
censes et Ebredunenses, quos ditione tenebant,
latissime dominantium: sexto lapide ab Folcal-
quierio eorumdem principum æstiva domo fon-
teque gentilitii nominis. Eodem teste pag. 64,
habet Manuasca, Gallice Manosque dicta, par-
cias duas, quarum altera a Salvatore, altera a
Deipara nomen gerit. Hanc monachi S. Victoris
Massiliensis a multis saeculis curarunt, vel certe
ante annum Christi 1114 tenuere, cum Paschalis
PP. II in Bulla Pontificia, quæ tomo I Galliæ
Christianæ auctæ inter Instrumento ecclesiæ
Massiliensis pag. 415 et seq. extat, diserte inter
possessiones monasterio S. Victoris Massiliensi
attributas et a se confirmatas, recenseat Cellam
S. Mariae de Mannasca, in qua, ut tradit laudatus
scriptor pag. 66, corpus S. Tulliae jam pridem
sepultum, jubentibus Petro abbate et Sanvictorino
cenobitarum collegio diu disquisitum, tandem
inventum est. Verum contingit id sub Petro I,
Sanvictorino abbatore, qui, teste Gallia Christiana
voluta tom. I, col. 683, anno Christi 4048 floruit;
an contra sacri corporis inventio Petro abbati
hujus nominis II, qui anno 1130 Sanvictorini
præfuit, adscribi debeat, non satis dilucide expo-
nit Columbus; nec ex eo aut aliunde quidquam
sat certi habeo, ut tempus illud definiam, quo tum
in Santullianam Manuasca suburbanam eccle-
siam, tum ad alias partes sanctæ Virginis reli-
quia delatae fuerint ejusque cultus Ecclesiasticus
ibidem inchoatus.

coliturque
variis locis,
ubi reliquiae
ejus asser-
vantur.

3 Ut utræ habeant, certe S. Tullia non
tantum in agro Santulliano, Manuasca vicino,
sed et Cucurone, sex fere leuis horariis a Ma-
nuasca distito loco, non vulgi pietate coli solita
est. Testatus hoc jam pridem fuerat Boucheus
tom. I Chorographie et Historiae chronologicae
Provincie pag. 594, cui etiam ex parte consentie-
bat Arturus a Monasterio in Gynæco pag. 456.
At, cum viderem, hunc non undeque que ceteris
scriptoribus consona tradidisse, veritatis inqui-
rendæ studio adductus, Avenionem per litteras
confugi, unde pro sua humanitate et eruditione
amplissimus dominus de Brantes, ecclesiæ Ace-
nionensis thesaurarius et penitentiarius, tale
responsum submisit, quod omne mihi in subjecta
materie dubium sustulit. Ex hoc igitur pro certo
assero, S. Tulliae festum etiam die xxii Maii tum
Cucurone, tum in Santulliano pago religiose coli,

nullum tamen Sanctæ proprium Officium Eccle-
siasticum aut Legendarum esse, unamque dum-
taxat Antiphonam ad hymnum Magnificat ei esse
propriam, his conceptam verbis: Dixit beata
Tullia matri sue: Cur me velut amissam luges,
quam Dominus in consortium sacrarum virgi-
num introduxit. Quod vero ad S. Tulliae corpus
attinet, quod laudatus Arturus in oppido de suo
nomine SANCTA TULLIA nuncupato asservari;
Giseius vero, Anicii seu Podii in Velauniis reli-
giose conditum esse, asseveravit; ita ex ejusdem
datatissimi D. de Brantes testimonio statuendum
est, ut neutro in loco integrum S. Tulliae corpus
existat; quandoquidem, ipso teste, unum dum-
taxat os brachii ejusdem Virginis in Santulliana
ecclesia; illius vero caput Cucurone asservetur;
ut proinde sole reliqua sacri corporis partes
Anicii esse possint. Nunc ab asserta Tulliae san-
ctitate ejusque Ecclesiastica veneratione ad ejus
gesta, ut res sinat, illustranda progredi.

4 Existant hæc in Opusculo quodam, quod
Petrus Chiffletius, S. J. presbyter eruditus, in suo
Paulino illustrato, anno Christi 1662 publici ju-
ris fecit, eruditerum, ut ipse pag. 69 tun tempora-
ris scripsit, ex codice Ms. S. Augendi Jurensis,
qui ab annis fere nongentis descriptus videtur
et est bona notæ... cui (codice Ms.) congruent
tres alii codices Lugdunenses et unus Gigna-
censis. Illud autem Opusculum ita ibidem inscri-
bitur: Conversio sancti Eucherii episcopi et
Gallæ uxoris ejus: et Vita duarum filiarum
Tulliae atque Consortiae virginum: quæ tituli
verba cur Mabillonus Sac. i Bened. pag. 248
susdebet verterit, in eoque titulo, expuncta S. Tulliae
Vita, solius S. Consortiae Vitam et B. Eucherii
et Gallæ conversionem retinendam censuerat,
non ita facile divinavero, cum Opusculum illud,
etiam ut ab illo editum est, æque S. Tulliae ac
S. Consortiae gesta referat, nec in hoc quidquam
corum, quæ ad Tulliam attinent, Mabillonius
expunxit. Porro, quis Opusculi illius auctor sit,
inexploratum hactenus est; coæcum tamen illum
esse, ostendunt hæc, quæ toto num. xi verba legun-
tur: Et quoniam longum est narrare omnia,
que per servos suos Eucherium et Gallam et
filiam eorum Tulliam Dominus mirabiliter ope-
ratuimus est; pauca de gestis B. Consortiae referam,
que a sanctis fratribus Uranio presbytero et
Celso subdiacono, qui ei, dum adviveret, adhæ-
serunt, nec non et Aurelianio presbytero, qui
usque nunc ad sepulcrum ejus Deo servit, re-
ferentibus audivi; atque adeo scriptor ille ano-
nymus eam meretur fidem, quæ tribui illis aucto-
ribus solet, qui ea, quæ referunt, ex testibus
ibidem hauserunt.

5 Nihilominus tamen recentiores critici qui-
dam, itaque admodum eruditæ, Acta illa, ut sunt
a Chiffletio, Mabillonio, ac Papebrochio vulgata,
vel arrodrunt, vel plane repudiant. Et est sane,
ut verum fatear, cur partim interpolata aut impe-
rita manu transcripta credamus. Si enim ea, quæ
de suscepto a S. Consortia ad Chlotarium I Fran-
corum regem itinere, deque istius cum Hecca viro
nobilis ineundis ex Sigeberti regis concessu nuptiis
illuc traduntur, pro veris aut genuinis quisquam
admisit, admittere et is contra ipsius anonymi
et S. Adonis testimonium debet, SS. Consortiam
et Tulliam a S. Eucherio Lugdunensi ante adi-
tum episcopatum ex Gallæ matre procreatam non
fuisse; cum fieri nequeat, ut illius, sub annum
450, uti Tillemontius tom. XV Monumentorum
Nota i in S. Eucherium ostendit, e vivis sublati,

D sanctæ
annuntiatio

E Gesta ejus ex-
stant in anti-
quis S. Con-
sortiae Actis,

F non possunt
undeque

flia

A filia S. Consortia sub Siegerbo, Francorum rege, seu post annum 561 speciosa in primis puella et adhuc nubilis fuerit, qualem tamen num. 45 Acta illa eam depingunt. Hinc variis, qui Opusculum illud undeque genuinum esse, contendere videntur, SS. Consortia et Tulliae parentem adstruant Eucherium illum episcopum, qui quatuor conciliis sub S. Cesario Arelatensi habitis absque ullius sedis nomine anno 524 et sequentibus subscriptis, cui, ut ipsis placet non secus ac priori Eucherio, Galla uxor, proles gemina, et, ut verbo absolutum, idem postea episcopus et par in omnibus fortuna obtigerit. Verum, praterquam quod alter ille Eucherius Lugdunensis, seu Eucherius Junior, antiquis ecclesiæ Lugdunensis Fastis ignotus, imo et fictitius videatur, prout supra laudati Chiffletius in suo Paulino illustrato pag. 80, et Papebrochius in Commentario ad Vitam S. Consortia pag. 219 censurunt, ac post eos Josephus Antelmus, Foro-Julieni canonicus et P. de Colonia tom. I Hist. litter. Lugdunensis a pag. 203 non minus operose, quam eruditè, demonstrarunt; in illa etiam hypothesi, quod Junior ille Eucherius Lugdunensis in rerum natura unquam existiterit, sua his Actis, prout edita sunt, fides et accuratio stare undeque non potest.

B Quippe nec sic concipi potest, qua ratione post annum Christi 561 S. Consortia puella nubilis et speciosa admodum dici queat, quæ, si Actorum, ut jacent, verbis standum sit, tum certe sexagenaria fuerit. Etenim, quod in illa etiam hypothesi negari non potest, Eucherius ille jam tum anno Christi 524 Lugdunensis, ut ipsis placet, episcopus erat. His accedit, quod, ut Acta illa innuunt, Eucherii a conjugi discessus torique separatio, ejusque in specu solitaria vita annos aliquot episcopalem ejus consecrationem præcesserint. Itaque, etiam liberaliter concederetur, Eucherii illius a conjugi discessum non contigisse ante annum 520, jam tum certe Consortia vigesimum annos prætergressa erat; quippe, quæ, ut Acta illa num. 4 testantur, in annis puerilibus posita, religiosum animum habere coepisset, ac proin septennis saltem puella esset, priusquam parentum auctor est spes, accepta alia filia, quam Tulliam vocaverunt. Cum igitur eo tempore, quo se Eucherius in specu abdidit, jam id aetatis esset ipsa Tullia, Consortia soror septennio junior,

C ut quæ ac ipsa possent jure parentum possessiones seu facultatulas regere ac possidere, prout num. 2 dicitur, consequens in illa etiam hypothesi est, ut Consortia, quæ Tulliam jam fere adultam septennio superabat, præcedenti sæculo, aut certe non post annum Christi 500, nata fuerit, atque adeo ut sub Siegerbo rege, qui, ut apud Bouquetum in Scriptorib Rerum Gallicarum variis locis patet, non ante annum Christi 561 regni Gallici partem capessivit, sexagenaria saltem esset. Quæ cum ita sint, nec in illa etiam hypothesi, quæ Eucherium Juniores SS. Consortia et Tulliae patrem statuit, sua his Actis fides et accuratio consistere potest, dum hæc Consortiam puellam nubilem et speciosam nimis faciunt, quæ vieta mulier et anus satis grandæva esse tum temporis debuit.

D Expendit hæc Papebrochius noster, cumque salva Actorum ut hæc edita sunt, narratione, neutri ex memorati Eucherio cerneret Consortiam et Tulliam filias attribui posse, alio sese convertit, et in re dubia conjectationi locum præbens, non ut docere volens, sic enim pag. 250 loquitur, sed ut paratus discere, ex situ loci, ubi

SS. Consortia et Tulliae pater vixit, nempe prope Manuascam quinque leucis Regio, episcopal Provincie urbe, distante, censuit præfatis Eucheris Emeterius Regensem episcopum, alias etiam Eucherium dictum, substitui posse, eum videlicet, qui anno 519 synodo Aureliacensi v subscripsit. Verum, quod salva eruditissimi decessoris mei auctoritate dictum sit, utut tanta non esset, quanta aliis videtur, in eo difficultas, ut concipiatur par conjugum isdem nominibus appellatorum, qui seculo v et vi eadem fere fortuna usi sint, hæc tamen illius conjectura subsistere prorsus nequit, quin in præfatis Actis, prout haecenus vulgariter sunt, errores aliquot cubare, seu ubique pro Rugiensi ecclesiæ et urbe Lugdunensem perperam positum fuisse, fateri necesse sit. Quapropter ad detegendam, si quo modo possit, veritatem, aliam visum mihi est inire viam; et, ac vetus Actorum ab anonymo elucubratorum exscriptor non in plures, quam enumeravit Papebrochius, impegerit salebras, labet hic inquirere, ut, si hæc detegantur declinenturque, non modo sua anonymo coævo seretur auctoritas, sed et cum S. Adonis Lugdunensis Historia non imperit ducis, disertis verbis, quibus hic auctor S. Eucherium vulgo Magnum seu Seniorem, SS. Consortia, et Tulliae nostræ parentem statuit, conciliari non inepti queat. Interim, donec argumentum hoc ad diem XVI Novembri in nostro Operæ, si Superis placet, pertractetur, quo die etiam de illustri matrona S. Eucherii uxore ogi poterit, assero, nihil in primigeniis S. Consortia Actis a coævo horum auctore dictum fuisse, quod tam hanc, quam Tulliam sororem ejus, S. Eucherii, Lugdunensis episcopi, sub annum 450 defuncti, filias dici impedit; prout posse meo iudicio utramque hanc Virginem a sæculi vi fine ad sæculum v non ita progressum sat probabiliter reduci.

E 8 Opinionem hanc ut stabiliam, hoc causæ in his Actis, meæ fundamentum et robur ponit: videlicet Acta S. Consortia, quibus S. Tulliae Vita continetur, nec ineptam fabulan universim esse, nec veram universim historiam; seu, primigeniis adscititia, vetustis nova, legitimis spuria, veris falsa admista esse, contendit. Ad priorem quidem assertione hujus partem quod attinet, hanc putem, sat solide hinc confirmari, quod Actorum illorum auctorum coævum esse, ex verbis num. 4 recitatis manifestum sit, quodque Acta illa tanti fecerit

F S. Ado, Viennensis postea episcopus, ut, cum Lugduni confidendo suo Martyrologio strenue incumberet, ex iis ea deponere veritus non sit, quæ ad S. Eucherio litteris commendavit, qua in re sibi consentientem etiam habuit Florum Lugdunensem diaconum, ut videre est apud præfatum Chiffletium pag. 66, laudantem ejusdem Flori verba in Collectaneis de electione episcoporum a Papirio Massono cum Operibus Agobardi editis. Hisce accedit, quod præter alia quædam, quæ ad S. Eucherium, Gallam ejus uxorem, et Consortiam filiam attinent, nihil in his Actis de S. Tullia speciatim referatur, quod vel uni etiam e senioribus criticiis displicuisse norim. Quod vero ad alteram assertioni partem spectat, tum ex iis, quæ num. 3 et seqq. disputata sunt, tum ex mox dicendis liquido patescit, iisdem Actis eamdem obligissortem, qua optimæ subinde, tum Sanctorum, tum imperatorum ac regum Acta infecta fabulis fuerunt, quæ si prouide explodi universim deberent, haud ita multa, quæ vel Ecclesiastica vel profana narrat historia, haberit pro sat certis possent. At, sciscitaberis, quænam igitur ex Actis illis,

AUCTORE
J. G.

AUCTORE
J. G.

illis, ut nunc manu exarata atque etiam typis vulgata extant, eliminanda ut spuria et adscititia sunt? Respondeo, ea ipsa esse, quae Papebrochio aliisque in mora fuerunt, ut ne Consortiam et Tulliam S. Eucherii vulgo Magni filias statuerent, nimirum, quod Consortia Chlotarium I, Francorum regem, adiisse et sub Sigeberto, ejus filio, in matrimonium ab Hecca, nobili viro, expedita fuisse dicatur; quae, ut adscititia et spuria seu ab antiquo Actorum exscriptore inepte is intrusa esse ostendantur, haud pluribus opus est, quam hujus Actorum partis narrationem exhibere.

nimirum iter
S. Consortia
ad Chlotar-
rium, regem
Francorum,

9 Sic igitur num. 12 paulo post initium de praefato itinere narratio, seu rectius fabula adoratur: Consortia, quae, ut fictilia heroines esse solent, egregia forma ac venustate conspicua, seu speciosa nimis puella est, ad Chlotarium regem longo itinere ex Provincia proficiscitur, supplex ab eo petitura, ut ex ejus jussu in virginitate Deo deservire sibi liceat, rata nimirum (quis enim aliam hujus itineris causam animo figuret?) vel injussu regis virginibus nefas esse, Apostoli consilium sequi, vel se tutam non fore, nisi ex regis expressa facultate virginitatem Deo vovisset. Op-

B portune, cum regis appropinquat palatio, Chlotario per visum Dominus apparet, eumque de filiis sua morbo dolentem solatur, data fide, hanc pristinæ sanitati restituendam esse, si Consortia libenter rex præstet, quidquid illa petierit. Chlotarius de somno evigilans, cuncta hæc fidelibus suis pandit, Consortiamque perquiri sedulo, imperat. Hæc, cum regi sistitur, certe egregiæ formæ suæ sibi conscientia, pudori suo abs rege metuit; at contra accedenti pueræ de solo venerabundus assurgit rex, obviandumque procedens, sibi orationem ejus præsidium, filiæ vero ægrotanti pristinam valitudinem supplex efflagitat. Hæc tandem exorata decumbentis regiæ principis cubiculum ingreditur, post fusas cum lacrymis precæ, pacifice ægram salutat, quæ, inscio, si Superis placet, rege, mox ut Consortia pedem intulerat palatio, qua torquebatur, febre liberata erat. Ad latum nuntium mox advolat Chlotarius, visoque prodigo, quidquid Consortia in suo regno petierit, concessurum se spondet. Mox illa id sibi in votis potissimum esse subjicit, sibi ut ex regis permisso in capto virginitatem proposito permanere secure liceat, queque sacratis Deo locis suisque famulis contulit, aut collatura deinceps esset, auctoritate regiæ rata permaneant; quibus cum rex annuisset, mox ad propria se Virgo confert de seruando suo proposito jam secura. Hæc, mihi quidem, fabulam eamque satis ineptam redolent. Sed en alia a veri specie multo magis aliena.

C 10 Si Actis illis num. 15 et quatuor subsequentibus insistamus, cum post Chlotarii mortem ex Sigeberti regis jussu et primoribus palati quidam, cui Hecca nomen, Provinciam Massiliæ gubernandam suscepisset, is ex quodam incola esse in his locis pueram intelligit, speciosam nimis, nomine Consortiam, pecunia innumerabilis nec non ministerio potentissimam. Ut fabulam prosequar, mitto hic descripторum antiquum multis redarguerem, quod, quam antea pecunias suas in pauperes erogasse familiamque suam liberam fecisse dixit, pecunia innumerabilis nec non ministeriorum copia potentissimam rursus faciat S. Consortiam. Hæc igitur per honorarium ephebū nuntiari Consortia jubet, velle se hujus colloquio frui; mox ipsem subsecutus, collato cum illa familiari sermone, convivio excipitur; nec mora, hospitis suæ pulchritudine sermonumque pruden-

tia tam blande capit, celare ut suos amores ægre queat; non patefacto tamen animo, festinus ad regem convolat, eamque sibi, (ut virginem Deo sacram esse, nescire non posset) a rege uxorem tradi petit et impetrat. Mittitur rursus ad Consortiam ephebus, ei ut ad nuptias die trigesimo post incundas se præparet, denuntiatur: cui illa, si Actorum descriptorum num. 16 audiamus, id genus responsi dat, quod, salva coram Deo veritate, salvoque coram hominibus servandæ virginitatis proposito, dedisse nullatenus censori potest. Interced dum ipsa, ne fiant sacrilegæ nuptiæ, orationi impense vacat, ecce angelus Domini in somnis adest, qui Heccam, obtrusum sponsum, nequaquam nuptias secum initurum prædictis, monens, tum ut concilio pauperes excipiatur, tum ut adventuro Heccæ sepulcrum, quo is post triduum condatur, parari curet; de cetero obviam ei tendat, hunc, mox ut in conspectum venerit, proprio gladio ac præ latititia interitum.

D 11 Vaticinatio eventus respondet, cum hæc, festivo habitu indupta pauperumque psallentium stipata agmine, Heccæ procedit obviam, isque de navi, qua Druentium fluvium transibat, præ gaudio incaute desiliens, sublapsis pedibus in lanceam suam irruit et confossum expirat. Mox illa cum lacrymis, Deo tamen gratias agens, defuneti corpus sepulturæ mandat, dum interim Heccæ comites ejus infortunium Sigeberto regi denuntiare festinant, qui cum ex sorore sua intelligit, Consortiam, quam Hecca nubere jussera, eam ipsam esse virginem, cuius opera curata a febris ipsa fuerat, epistles ad Province principem mittit, quibus ut nemo Consortia molestus sit, sed liceat ei concessus Chlotario privilegio frui, auctoritate regia præcipit. Hæc omnia, partim ipsis descriptoris verbis expressa, quæ Tillemontius tom. XV Monum. Eccles. pag. 833, et P. de Colonia part. A Hist. litterar. Lugdun. pag. 215 et seqq. tamquam fabulosa et ut ab interpolatore inepte intrusa jure merito sugillant, si ex S. Consortia Actis alias antiquitate plurima venerandis, climentinatur, ut sunt et ipso adscititia ac spuria; ac priora dumtaxat numeri 12 verba, nimirum, quæ de Consortia in ecclesiis S. Stephani et in pauperes munificientia, deque famulitii sui manumissionem agunt, si cum numero 20, cui optime cohaerent, nullo medio conjugantur, jam nihil, ut Acta per volcenti patebit, in illis occurret, quod S. Adonis F ipsiusque auctoris anonymi, Consortiam et Tulliam Eucherii Magni filia statuentium amplecti sentiant nos impediunt; nihil, quod, salvoz sanx critiæ regulis, utrique sanctæ Virginis adscribi nequeat, nihil denique, quod coævi scriptoris anonymi aptiorem magisque conexam non reddat totius narrationis seriem. Tunc enim sic ejus verborum sensus et conexio feret, ut ab illo die, quo Consortia S. Stephani ecclesiam ac xenodochium de rebus suis exstruxit, et, erogata in pauperes residua pecunia, familiam suam libertate donarit, tantum ei gratiam coram hominibus Dominus dederit, ut quasi unum ex angelis eam cuncti haberent.

E 12 Ex his S. Consortia Actis, in hunc modum quales eas expurgatis, seu eatenus, quantum conjectura asse- statuant anno-gui possum, nativæ fidei suæ redditis, ea nunc et S. Ade recensere lubet, quæ SS. Tulliam et Consortiam S. Eucherii, Lugdunensis postea antistititis, vulgo Magni seu Senioris dicti, filias fuisse, ostendant. Ita utriusque Virginis natales coœvæ auctor, supra laudatus, num. 4 describit: Fuit quidam vir ex ordine senatorio, Eucherius nomine, habens uxorem

et nuptiæ in-
eundæ ex jus-
su Sigeberti,
Francorum
regis;

A uxorem, nobilibus ortam natalibus, nomine Gal-
lam; quos quidem ampla possessio et numerosa
familia, thesaurorumque copia claros in seculo
fecerat; sed timor Domini, qui est initium sa-
pientiae, in conspectu Conditoris omnium clari-
us exornabat. Cumque liberos non haberent,
deprecati sunt Dominum, et exaudivit depreca-
tionem eorum, dans ei filiam, quam votivo no-
mine CONSORTIAM vocaverunt, heredem videlicet
illam et propagaticem sui sanguinis habere
cupientes. Cumque eam in timore Domini edu-
carent, et illa in annis puerilibus posita, religio-
sum animum habere coepisset, nimurum Domino
cam ad consortium regni cœlestis, secundum
præsagium vocabuli ejus, occulta inspiratione
vocante, aucta est spes illorum, accepta alterna
filia, quam TULLIAM vocaverunt, dixeruntque:
« Multiplicabit Dominus per Consortiam et Tul-
liam semen nostrum, sicut multiplicavit per
Liam et Rachel in domo Jacob futura promis-
sionis heredes. » Anonymum securus S. Ado
Viennensis, in suo Martyrologio die XVI Novem-
bris SS. Consortiarum et Tulliae patrem itidem statuit
S. Eucherium, Lugdunensem postea episcopum,

B non alium utique, quam quem ipse solum et uni-
cum novit, nunc vulgi cognomento, ut a proba-
bili fictio distinguatur, Magnum seu Seniorem
dictum, admirandæ, ut subjungit, fidei, vitæ et
doctrina virum et ex nobilissimo senatorum or-
dine procreatum. Eadem anonymo rursus conso-
nat laudans Viennensis antistes, cum SS. Con-
sortiarum et Tulliae matrem Gallam appellat, quæ, ut
subdit, in sancto habite Deo postmodum in spe-
lunca servivit, quæ omnia in Actis S. Consortiarum
3 et seq. anonymous noster fusius enarrat.
Quapropter, cum S. Ado non usque adeo impe-
ritus aut ineptus dici queat, ut in rencendendo
historico facto, suis etiam temporibus celebratis-
simò, aberrantem ducem sequi voluerit, merito
sane et ipsi nostroque anonymo haber hic files
potest.

Opinioni huic
in speciem
adversantur
recentiorum

43 Ne quid tamen dissimulem, quod opinioni
Eucherium Magnum SS. Consortiarum et Tulliae
patrem statuenti adversetur, fateor, præter alios
quodam recentiores, Papebrochium tom. IV Junii
pag. 249 et Perierum tom. III Septembri pag.
345 censuisse, SS. Consortiarum et Tulliae patrem
C nec fuisse nec esse potuisse Eucherium jam nunc
laudatum. Fator quoque, excepto anonymo nostro
S. Consortiarum coeve, qui S. Adoni præluxit, cele-
berrimos seculi in scriptores binas hasce virgines
Eucherio et Gallæ parentibus non adscripsisse.
Verum quod ad Papebrochii et Perieri verba,
locis citatis legenda, attinet, respondeo, eos Con-
sortiam et Tulliam Eucherio Magno et Gallæ ejus
uxori non adjudicasse, nisi in communī olim
sententia, quæ Consortia ad Chlotarium regen-
ter et Heccæ viri nobilis historiam ipsimet Actorum
auctori adscribatur. Atque etiam Perierum
intelligi debere existimo, cum negat, ullam praefati
Virginibus cum SS. Verano et Salonio, legitimi-
e eisdem Eucherii filiis, connexionem
exstitisse, quandoquidem nempe fieri in illa sen-
tentia nequit, ut Consortia præfati Eucherii filia
sanctorumque Verani et Saloni germana soror
fuerit, quæ plus integro post memorati Eucherii
mortem seculo, seu post annum 561 puella adhuc
nubilis et formosa nimis statuenda esset. At vero,
cum hec S. Consortiarum etas sola interpolatoris
adscititia narratione, non satis, ut videtur, erudi-
tis viris quondam de falsitate suspecta vel
discussa, innitur, nihil ex hisce Actorum de-
Octobris Tomus III.

scriptoris glossematis, quibus temporum rationes
omnes interturbavit, contra illam opinionem so-
lide evinci potest, quæ ex coevi scriptoris et
S. Adonis testimonio utramque memoratam Vir-
ginem S. Eucherii Magni prolem facit.

44 Neque contra nos multum facit, quod cele-
berrimi auctores, S. Eucherio nostro coeve aut
supares, puta Hilarius Arelatensis, Cassianus,

AUCTOR
J. G.

et veterum
testimonia
expenduntur;

Salvianus, Mamertus Claudianus, Gennadius
aliove de Consortia et Tullia tamquam Eucherii
filiabus non meminerint. Etenim, præterquam
quod leviora momenta habendo sit quæcumque
mere negativa argumentatio, nullum prorsus ea
pondus habet, cum auctores antiqui et fide digni,
quales esse anonymum nostrum ejusque sequacem
S. Adonem, nemo inficiabit, illud ipsum diserte
testantur, quod ab aliis scriptis traditum non re-
peritur. Et sane, cum celeberrimis istis auctori-
bus supra laudatis, de Eucherii filiabus speciatim
scribendi occasio vel certe ex singulorum instituto
necessitas fuisse non videatur, quis utramque vir-
gineum prolem, quam prefatus Eucherio anonymous
coevus et S. Ado assurerunt, ob merum aliorum
silentium ei eripiendam jure existimat? Quippe si
id genus argumentationis negativæ eo usque apud
quempiam valeat; pari is ratione SS. Veranum et
Salonium eisdem Eucherii filios negare necesse
habet, quandoquidem nec anonymous antiquus
nec S. Ado, cum de illius progenie meminerunt,
uspian de illis verba faciunt. Quid ergo? Num
falsus est S. Paulinus atque aerem verberavit,
cum in sua ad Eucherium et Gallam epistola,
alludens ad Psalmi 127 versus 3, 4 et 5, minime
infæcundum eorum conjugium fuisse, innuit ita
scribens: Benedictat vos Dominus ea benedi-
ctione, qua benedicitur homo, qui timet Domi-
num, perpetui conjuges et parentes, cum be-
nedita vobiscum Deo progenie nobilissimæ
sanctitatis vestræ? Igitur, si ita recte S. Pauli-
num ad Eucherium et Gallam scripsisse credamus,
nil vetat, tametsi is beatorum conjugum proge-
niem nominatim non recensuerit, quo minus, uti
ex Gennadio et ex Salviani ad Eucherium epistola
apud Chiffletum in Paulino illustrato pag. 64 et
65, Veranum et Salonium Eucherii filios statuere
licet, ita pariter ex anonymi veteris et S. Adonis
testimoniis Consortiam et Tulliam eisdem Eu-
cherii vulgo Magni filias statuamus.

45 Tales jam pridem, discussis utrimque argu-
mentis, statuendas ducit laudatus Chiffletius in
suo Paulino illustrato pag. 64, ita prefatam
S. Paulini epistolam commentans; Porro horum
(Eucherii et Gallæ) benedictanam progeniem, cui
ad finem (epistole illius) bene precatur Paulinus,
duos filios interpres, Salonium et Veranum,
qui apud Lerinum erant in S. Honorati disci-
plina: totidemque filias, Consortiam et Tulliam,
quæ sub utriusque parentis manu in Lero
(insula Lerino vicina) educabantur. Quæ ne gra-
tis a se asserta videantur, ipsamet Gennadii et
Salviani, filios S. Eucherii commemorantium,
verba producit, ac pro eisdem filiabus jam lau-
dati Acta Eucherii seu anonymi nostri Opuscu-
lum et Adonis Martyrologium citat. Demum pag.
102 de Opusculi eisdem interpolatione disserens,
cur in eo de eisdem S. Eucherii filiis mentio facta
non sit, culpam omnem in interpolatore con-
cavit, quem et in eo peccasse etiam ostendit, quod
Eucherii, e seculari vita enatantis, primam sta-
tionem, Lerum insulam, tametsi ab Hilario Are-
latensi ex Lerini vicinia designatam et a Paulino
de nomine appellatam, silentio involverit. At sive

F

ac pro nostra
opinione ut
probabilior
concluditur.

AUCTORE
J. G.

*Opusculi interpolatori, sive ipsimet auctori hæc
vitio verti debeat, qua de re disputare non est ani-
mus, ex ejus de Eucherii filii silentio, nihil con-
tra ejusdem filias, quarum nomina et gesta referit,
evinci contra Chiffletium potest, cuius ego senten-
tiam, propterea quod mihi ceteris probabilior
apparet, amplectendam duxi, sic tamen ut alio-
rum non improbabili circa Tulliae et Consortia
parents conjecturae nihil interim detractum celim.
Nunc cetera, quæ ad Sanctam nostram attinent,
discutere aggredior.*

S. Tullia post
vitam ali-
quamdiu in
solitudine
actam

*16 Quandonam S. Eucherius, relictus, ut op-
paret, in Lerinensi insula filii, una cum conjugi
sua geminisque filiabus ex Lero insula in conti-
nentem esse reciperit, ibique in specu ad Montem-
Martium in territorio Aquensi sita, vitam soli-
tariam amplectus fuerit, conjectura quidem sat
verisimili statuere conatus est laudatus Chiffletius
pag. 68 in suo Paulino illustrato, factum illud
illigans anno Christi 432 vel anno 425, quo tem-
pore id statui nihil vetat; at, ut verum fatear,
nihil occurrit, quo illa Consortia et Tulliae cum
parentibus in Provincie secesserat propter et
certo definiti queat. Neque etiam seu ex anonymo
nostro coævo, seu ex alio scriptore antiquo erui
utecumque potest, quid a S. Tullia toto adolescentia
suae tempore præclare gestum fuerit. Id unum ex
præfato anonymo discimus, S. Tulliam, non diu
postquam in specum illam se abdidisset Eucherius,
virginitatis gratia exornatam, felici morte
ad Superos migrasse sepultamque fuisse in agro
suo, nomine Thele, qui locus alias Tete dictus
est, nunc verosimiliter, ut scribit Papebrochius
tom. IV Junii pag. 253, ab hac sancta Virgine
San-Thullei nomen habens, sesquileuca (aut
paulo minus) infra Manuascam situs. Anonymum
num. 5 ea narrantem audi: Ingressus itaque
specum S. Eucherius, sic undique locum ob-
struxit, ut nullus ad eum valeret ingredi, beata
ei Galla per fenestram quotidie cibos ad vesperam
ministrante, ut ipsa petierat. Post non
multos dies conversionis illorum, filia eorum
Tullia, in virginitate permanens, migravit ad
Dominum, sepultaque est in agro suo, qui dicitur
Thele in spelunca duplice: quo auditio, S. Eucherius ait: Dominus dedit, Dominus ab-
stulit; sit nomen Domini benedictum: sicut
Domino placuit, ita factum est; exhortabaturque
Gallam, ne super hac re contristaretur.*

sub annum
425 vel 435
moritur, et
matri appa-
ret.

*17 Reliquæ, quæ hue spectant, ex eodem ano-
nymo pergo recensere. Ita ipse num. 6: Cumque
illi (Galla Tulliae mater) nullo modo consola-
tionem reciperet; una die cum post matutinos
hymnos membra sopori dedisset, vidit in somnis
B. Tulliam, stola candida et chlamyde aurea
fulgente indutam, adstare sibi ac dicere: Cur
timidus es? tuus enim est deus tuus, tuus deus
tuus. Tunc, dumque etiam in somnis illa
memoria claustrant, non prodicente predicatione
sua, nullum beatitudinem penitus eminxerat, sed
complacuit ei, ut responsum diceret, ut etiam
sæpe. Accepit enim, multo gratiolorum ab
Omnib[us].*

D
me velut amissam luges, quam Dominus in con-
sortium sanctorum virginum introduxit? Te
quoque me ad Dominum secuturam scito;
preparavit enim tibi coronam, quoniam im-
plesti mandata ejus. Meus etiam genitor, ponti-
ficali cathedra sublimatus, post nos veniet, et
erit magnus in conspectu Dei: porro soror mea
Consortia manebit in virginitate, pro qua multa
passura est, donec et ipsa coronam vita percipi-
at. Quæ cum post quietem S. Eucherio retu-
lisset, ille in voce exultationis et confessionis
erumpens ait: Gratias tibi ago, Pastor bone,
quia non est similis tui consolator, qui dignatus
es consolari servos tuos, et reddere gaudium
post lamentum; et ultra noluerunt eam flere.
Hactenus anonymous noster, ex quo corrugendus
est Castellanus, pag. 983 in Addit. et Correct.
Martyrologii sui universalis obitum S. Tulliae
statuens sub annum Christi 489. Cum enim
S. Tulliam Consortia et Salonii ac Verani soro-
rem, ac proin Eucherii vulgo Magni prole fa-
ciat, fieri in hac eojus nostraque opinione non
potest, ut hæc anno Christi 489 mortua sit, quæ,
ut anonymous noster num. 6 innuit, jam in vivis
esse desiderat etiam non parum ante, quam ejus
pater, S. Eucherius, Lugdunensem sedem occu-
perat, quam sub annum 450 sua morte deseruit.
Rectius igitur S. Tulliae annus in cælis natalis
inter annum 425 et 438 figurandus videtur, aut
certe non differendus ultra annum 444, quo Eu-
cherius Lugdunensem cathedralm tenuisse, passim
creditur.

E
18 Ceterum miraculis nonnullis illustrem fuisse Post mortem
sanctam virginem Tulliam, haud obscure indicat miraculus
laudatus anonymous, num. 11 scribens, longum
fore narrare omnia, quæ per servos suos Eu-
cherium et Gallam et filiam eorum Tulliam Do-
minus mirabiliter operatus est; quæ aperte
etiam testatur S. Ado, cum eam uti et sororem
Consortiam signorum gloria claruisse affirmat.
Hodiendum etiam, prout laudatus num. 3 amplissi-
mus dominus de Brantes perscripsit, adversus
capitis dolores a fidelibus S. Tullia invocatur,
qui, illo afflicti malo, in subterranea ejus specu
seu sacello nonnumquam lapidi cuidam, quem
sanctæ Virgini cervicali loco fuisse, tradunt,
caput superponere solent. Si indigenarum tradi-
tioni quis credat, S. Tullia, cum a venatoribus e
specu suæ abducta esset in locum, postea San-Tul-
lianum dictum, non sine prodigio, post fusas illic
preces, in specum suam transvecta fuerit, a quo
tempore vicinius incolis magna in veneratione fuit,
qui et ægros suos illi obtulerunt, quos ipsa florum
odore prodigiò sanabat. Sed hæc, sola, ut ap-
paret, populari traditione nixæ, discutere aut
illustrare visum non est.

DE

